

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

169

ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΙ

à

plurimum Reverendis, Excellentissimis, Clarissimis
THEOLOGIS & SENIORIBUS,

ut &

Venerabilibus, Religiosissimis, Doctissimis

æterni Evangelii QUIBUSDAM PRÆCONIBUS
in inclutò & veteri

DUCATU OLLSNENSI

ad R. v.

M. JOHANN. VIEBINGIUM

HABELSCHWERDA - GLACENSEM, apud LASANO - PE-
TROVICENOS in DUCAT. SVIDNIC. antea adminiculante
supremi Numinis gratiâ, ovium verbò divinò pascendarum PASTO-
REM, j. v. ob hanc diutinam temporum modernorum difficultatem
illustris TECHNOPHYTEUTERII OLLSNICI
RECTOR. & INSPECTOR.

GOTHOFREDUM


FILIOLUM UNICUM, PUERUM CARUM ET RARUM, BEL-
LUM & TENELLUM, MORATUM & PLACATUM

Annò ab incarnatò VERBO CIO IO CXLVI DOM. XII p.
S. Trinit. Fest. H. meridian. XII

DEO ita permittente, annò atat. X. currente, improvise Tor-
minum malò accedente, piè, placidè, beatè denatum, amaris lacru-
mis vi storgarum paternarum lugentem,
ex sincero christiana συμπάθειας officio scriptæ,

ARÆ ÆTERNITATIS

Typis hereditariis JOHAN. SEYFFERTI consecratæ A. C. 1647.



Qui fuit in terris GNATUS Tibi carus, AMICE,
IS fuit in caelis carior IPSE DEO.

Velle DEI placeat. GNATUM committere CHRISTO

Est fas, quando sua voce venire iubet.

Hic quam difficile est fateor, cohibere paternum

Cordolium, lacrymis abstinuiffe piis!

Condoleo ex animo; contristor Amicus Amici

Cordolio, atq; hominum vita quid excutio?

Est flos, bulla, vapor, fumus, funusq; caducum,

Nix, ventus, somnus, fabula, ros, folium.

Quid sumus o miseri mortales? Gramen & umbra.

Lilia ceu marcent: sic perit omnis homo.

Ast contra stabilis, longa, & durabilis illa

Vita erit, Electis quam dabit ipse DEUS.

Nullus ibi dolor est, ubi Gnatus laetus adorat

CHRISTUM perpetua gaudia PACIS agens.

Metaphrasis.

Freund der Musen und der Meine/

Das Euch Gott mit Wermuth trancet/

Und in herbes Leid versencket/

Ich auß liebe mit Euch weine/

Habe dieses auch erfahren

Albereit für dreyzehn Jahren.

Sinder kommen von dem herten/

Und sind unser Fleisch und Blut;

Das ist gar ein frecher Mutth

Der Sie nicht begräbt mit schmerzen/

Ihn ein Löwe hat gezeuget/

Und ein Tigerthier gesauget.

Die Natur uns selber lehret/

Lieben unsre Leibes Frucht;

Auch das Wild liebt seine zucht/

Wütet wann Sie wird verfehret.

Aber hier/ auch wie in allem/

Thut das mittell Gott gefallen.

Herzlich habt Ihr zwar geliebet

Liebste Eltern Euren Sohn/

Euer keuschen liebe lohn.

Herzlich seid Ihr auch betrübet

Das im Lengen seiner Jahre

Er liegt auff der Todten-bahre.

Aber mehr hat Gott behaget

Euer Sohn/ und auß der Welt

Ihn ins Paradiß gestelt/

Wo Ihn keine Kranckheit plaget.

Den Gott liebet/ auß dem leiden

Segt er zeitlich zu der freuden.

Den. 12

Denket das
Die uns Gotte
nd in aller W
ns nur plaget
Der ist streiten/
Dort ist friede/
Alle Mensch
Unser leben ist
flucht dahin w
Nus als eine
Wie schne/ win
Wie der Scho
Wie das S
Schnelle zu d
Nus ein Loge

O
Cur
Non
Virib
Ma



Possessa fractis, nec carere plurimis
Nocumenta tot possunt acerba, luctibus:
Sed majus, & nocentius multò malum
Prudentium vires Virorum lancinat,
Tristis Scholarum casus inde pullulat,
Ecclesie quidquid, Reig² - publice
Parat ruinam. Spernitur disertior
Orator, & Miles beatur horridus,
Bellona Musas Patriis è nidulis
Mucrone pellit, cade multà luridò.
Clangor tubarum, murmuransq² tympanum,
Phæbi canorem supprimit mellifluum.
Turpis Molossus farre multò pascitur,
Calamitosò non vetante seculò;
Pingvescit & Caballus, estq² Bubsequa,
Est Mulioni victus, ac Porcario;
Labore fessus sed pius DIDASCALUS,
Vix panis impetrare nigri bucceas
E pridianò jure, quas voret, potest.
Pubes salutis & senecta cerea
Oblita, mores induit Cyclopicos,
Castrensium seducta probris exulum;
Parentibus frequenter illudit, meri
Versat dyotas, penulà superbit, &
Cinctu Gabinò; recta sed monentium,
Ferenda ventis verba dat loquacibus,
Sannis Magistros & petens ciconià.
Non sic Tuus, VIEBINGE prestantissime,
Ornate multà luce, plurimà cruce
Probate, Gnatus. OLSNA, Slesia tener
Ocellus OLIM, NUNC cadaver oppidi,
Vix tale vidit, aut videbit corculum,
Pietate plenum, melle plenum Musicò.
Vitale lumen hausit ad DECENNIUM,

A 3

Volente

modia hæc
summa ex-
nis
Ecclesie
OLSNENSIS

Possessa



Volente CHRISTO; tantulo sed tempore,
Sic LEGIS aeterna, PUER, mysteris,
Sic artibus, ductu vacavit Patrio,
Ut vicerit multos, opaca crinium,
Quêis Sylva velat aurium volumina,
Lanugo mentum densior quêis contegit.
Praclare Vir, Te non adulator versibus
Parum modestis. Nota sunt haec publicè.
Hæc concio scit OMNIS. Hæc clamat SCHOLA.
Hæc Posteris loquentur, hæc discentibus
Proponet annis Doct̃or insequentibus.
Es ergo felicissimus Parentium.

Fui, reponis, Atropos demessuit,
Odore ME Bonosq̃, dulci singulos,
Mulcere nuper qui solebat, flosculum.
Infractus, ab! jacet Senect̃a scipio,
Matris voluptas, spes Patris, sub marmore,
Marcet reposita. Mors severa s̃urpuit
Donum bonumq̃, luce dulci dulcius.
Hinc luctibus tabesco, planctu pectora,
Orbesq̃, falsò rore molles expleo.

Pater Parenti credo. Lugeo decet
Ceum Christianum, cordis hoc vulnus Tui
Crudele, seivum, triste, non sanabile
Machaonis, felice quamvis dexterâ.
Humana sed cum nulla restant pharmaca,
Divina prestò sunt piis. Hæc adplicat
Tuus Tibi GODFREDUS, ô Pater, Pater
Mellite dixit, jam beate proximus
Migrationi, non domi, non sum domi, [D. 17. August. hor.
Domum volo, domum gemens desidero. 4. matutin.]
Jam cogita, non hæc Puer solus; per hunc
Sed Spiritus locutus est Sanctissimus,
Non hic habemus civitatis mœnia

Firma,

*Firma, manentis; sed futura quarimus
 Sedes præaltas, gaudiis plenas meris
 Verisq;, quas fuso Redemptor sanguine
 Struxit gregi credentium. Desiderat
 Has omnis, & JESU cupit consortium,
 Qui diligit JESUM. Tui mens, sedibus
 Istis recepta, Solis orbe clarior,
 Martis triumphat, Mortis atq; spicula,
 Morbi dolones, tot malorum tormina,
 Noctu corusca quot videntur sidera.
 Hic multa supra scivit infirma modum
 Ætatula; nunc in palastrâ Numinis
 Sudoris expers, nescit omne scibile.
 PIETATE multâ, CANDIDIS hic MORIBUS
 Fulsit; nitet nunc sanctitate coelicâ,
 Non inquinatâ vel levi labeculâ.
 Amissus & non est Tuus, præmissus est:
 Reddet manus superna, quem fideliter
 In fascibus custodiit viventium.*


*Lethale vulnus hac ligent malagmata,
 Hoc aridum cor roboret solatium.*

COROLLARIUM.

*Vita quid est, gelidam trepidus nisi cursus ad urnam;
 Sentibus & multis est via plena dolis?
 Felix, qui celeri tangit molimine metam,
 Carcere quem fracto, mulcet amica quies.
 Contigit hoc, VIEBINGE, Tuo, doctissime, Nato,
 Cur igitur lacrumis ora Paterna madent?*

*Viro admodum Reverendo, Theologicâ & Philosophicâ eruditione
 præstantissimo, Amico & Fautori, vel ob merita in Filium, jugiter
 colendo, Patri jam-nunc mærore acerbissimò pleno, qualecunq;
 hoc fomentum leniendis doloribus, parare voluit*

MICHAEL KIRSTENIUS P. Smollensis.


Mærores

Mærores novi, novi, Vir amande; dolores,
 Quos tua sentiscunt viscera cara Patris.
 Filius Ille tuus **GODOFREDUS** amabilis, in quo
 Et Patris & Matris spes stetit, **UNUS** erat.
 Non Vomica, aut pestis, non pondus inutile terræ;
 Sed frugi, docilis, floridus Ille Puer.
 In Domini laudes Psalmos proferre paratus;
 Eximios versus dicere promptus erat.
 Crescebat Vobis spes inde Parentibus, Ille
 Solamen, baculus post-modò noster erit.
 Est ita: ceu recreant flores mortalia corda:
 Flos oculis vestris sic **GODOFREDUS** erat.
 Formosus, lepidus, pius, obsequiosus, & inter
 Flores ceu reliquos Hic Rosa odora Puer.
 Illius in lecto morbus cum membra teneret,
 En apparebant munera quanta **DEI!**
 Ingentes patiens tolerabat ventre dolores,
 Lenimen reputans vota precesq; suum.
 Divinum quiddam, Pueris per somnia binis [**D. 17. August.**
 Voce vocabaris quod, **GODOFREDE, VENI.** hor. 3. matut.
Ad Condiscipulos omnes, ignoscite, dicis accidit.]
 Offensas, mea nunc hora, **VALETE, VENIT.**
 Ætatem superant teneram à Te verba profata;
 Auxilium à **DOMINO** provenit omne meum!
 Hinc oculi vestri lacrymarum flumine manant,
 Tàm citò quod Vobis Flosculus Ille perit.
 Non Rosa vestra perit, ceu terrea flaccet in horto,
 Sed translata solo floret amœna Polo.
 Angelicos inter juvenes **GODOFREDUS** ovando
 De mundo victor lata trophæa refert.
 Doctior est cunctis Doctoribus, altior omni,
 Quos mundus magni pensat, honore, cluit.
 Saltibus exultans sanctis cœlestia tempe
 Occupat [en!] carum delictum Domini.

Nec

Nec rem

G

Illu die

Maro

M

Rever

BING

DOF

LII

✱✱✱✱✱

O

Sea

llt

GO

GO

Sp

Cu

Ar

Vo

Et

Pr

Tr

Su

Ex

Ca

Lu

Ve

In

A

Sp




*Nec remeare cupit, ridet fallacia mundi
Gaudia perfectâ prosperitate fruens.
Illa dies veniet, Thesaurum reddet amatum
Quâ DEUS æthereis perpete pace plagis.
Mærores igitur nimios de Corde Parentes*

*Mittite. Premissus nam modò vester Amor!
Reverendo & Clarissimo Viro Dn. M. JOHANNI VIE-
BINGIO Compatri & Adfini obitum præmaturum GO-
DOFREDI, ingenui vultûs, & optimæ spei PUERI, FI-
LII UNICI & perchari, acerbissimè lugenti*

condol. & beatæ memoriæ ergo adpos.

*ELIAS HOJERUS Ecclesiæ Olsnensis
Archidiaconus.*



*O spes fugaces! quicquid hic extantius
Videmus, hocce credimus perennius.
Sed hæc misellos blandiens persuasio
Ullè sepè frustra habet! tuus testabitur
GODOFREDUS hoc satis, Vir ô clarissime,
GODOFREDUS, inquit, puer pulcherrimus:
Spirans imago patris, entheus vigor
Cui mentis & cælo suo conterminus:
Amor & Lepos amœnitatis & pio
Votoq; speq; destinatus gloria
Et augmini Generis tui. Sed occidit
Primo sub ævi flore Flos puertix,
Tristesq; noctes & dies parentibus
Suis relinquit! & quis has lacrymas vetet?
Ex liberis si plurimis partem manu
Carpat tagace mors avara, patrium
Luctum & dolorem lentunt superstites;
Verum Columnam si domus hæc unicam
Injurioso proruat pede, idq; ubi
Ætas senecta vix potest promittere
Spem prolis ullam subsequæ, penetrabilis*

B

Mage

* * * * *

Iusta exequiarum
GOTTFRIEDO - VIBIGEARUM

Iuctuosissima.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello,
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ;
*Et teneri quicunq; urbes habitatis Amores,
Quorumq; in sylvis fama pudica viret.*
*Heu mihi, nonnè satis fuerit flevisse meorum
Funera, singultusq; elicuisse graves,
Nè quæq;, CHARE PUER, tristi te flevero versu,
Nè tumulo tulero dona suprema tuo,
Nè letho toties geminatâ voce vocâro
Exstinctum; aut sæva struxero signa necis?
Esto ita. Nam pietas meruit tua summa, jubetq;
Patris Apollinei luctus amorq; tui.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, Solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.
*Flendus amor Patris miseri, Matrisq; soluta
In liquidas fontis corde perennis aquas.
Complexa hæc corpus Gnati miserabile, lethum
Crudele & Partas astraq; cuncta vocat.
Olnææ approperant plangentes pectora Matres
Continuam fletûs undam inhibere gravis.
Ast animis ipsæ molles oculisq; liquecunt;
Auctaq; jam lachrymis largior unda fluit.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.
*Numinis Ille sacri metuens, jucundius unquam
Nil precibus duxit, nil monitisq; piis.
Obsequii dulces coluit pietate Parentes,
Jussaq; prompta horum quælibet aure bibit.*

B 2

Blandi-

M. Jo-
è lugenti
P. L. E.
Julla

*Blanditiis mūlcens meritum tribuebat honorem
Chaméâ haud gaudens improbitate levi.
Nec quog, sustinuit factō lesisse molesto,
Tradita queis viridis cura paterna gregis.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.
*Viderat hunc studiis & claris crescere factis,
Ingenii comites vincere dote suos;
Vidit & invidit puero mors improba gnavo,
Commoda qui PATRIÆ magna daturus erat.
Tunè impunè, inquit, spe tantâ impleveris urbem?
Non jam tu Templis profuerisve Foro.
Nec mora, lethali transfixit viscera telo;
Demisit charum protinus ille caput.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.
*Flent hedera & laurus PUERI viridantibus olim
Cinxissent foliis tempora sacra suis.
Pulpita vos LUDI testes. Industria VOBIS
Illius fuerat namq, probata Satis.
Vos LIBRI testes placiti; quos ille terebat
Assiduâ volvens nocte dieq, manu.
Vos calami testes; nivea quibus illita charta
Scripta dabunt olim signa dolenda necis.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.
*Occidit ante diem, vix nona effluxerat æstas;
Ante diem pietas florida rapta fugit.
Gaudia vana cadunt subito, miserosq, PARENTES
Destituunt luctu conficiuntq, gravi.
Tu rabidos telis per sylvas sterne LEONES
Agnello miti, mors fera, parce meo.
In spinas sentesq; tuam nunc stringito falcem;
Narciso & violæ, mors fera, parce mea.*

Justa

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.

*Te moriente novo, puer obruor, optime, luctu,
Gottfriedi subit tristis imago mei.*

*Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
Ætate equali, sedulitate pari.*

*Jam simul infvetum miraris limen Olympi,
Sub pedibus nubes aureaq; astra volant.*

*Aurea Tempia vides; solido Tus fumat ab auro,
Aurea tot gemmis mœnia structa vides.*

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.

*Jam tumulum facite & tumulo superaddite flores,
Formosi pueri duret odore decus,*

*Non APIUM busto det vulgus; at insita crescat
Clarorum hic fama sacra dicata CEDRUS.*

*Antè ergò calamis pereat nigra sepia doctis;
Antè ignis cunctos urat in orbe libros;*

*Quàm nostro illius labantur pectore vultus,
Ac fugiat seros posthuma fama VIROS.*

Claude tuos questus, Elegeia, flebile carmen,
Et tu Socraticæ, caste Cupido, Scholæ. &c.

*Nec Tu, mœste Pater, nimium indulgere dolori
Pergito; sed lachrymis justum adhibeto modum.*

*Adspice, ut incedat tua proles ardua cælo?
Flammigera ut turba mixta stet ante DEUM!*

*In pace est factus locus, est habitatio pulchra
Illius in Sion; florida fama viret.*


*Rumpe tuos fletus; creberrima pectoris unda
Rarefcens cedat pondere victa suo.*

*Sic quoq; rarefcit violentior aëris imber;
De tectis tandem guttula parua cadit.*

*Vix foliis pendet teneris, vix heret in herbis;
Siccatur tellus Sole, nitetq; polus.*

Ita Adolescentulo ingenii speiq; florentissimæ,
pietatis in DEUM & Parentes laudatissimæ, Pa-
rentibus luctu liquescentibus amarissimo, atq; ideò
afflictissimis compatiendo, collachrymando, me-
dicas solatio guttas adspargendo justa solvit ex-
tremo Vale litato

*MELCHIOR SMOLIUS de Castrò
Crucis Pastor Redzewicianus.*



Felices nimium, quoq; terq; quaterq; beati
Infantes subito, quos MATRIS ab ubere raptos
Aufert atra dies, & funere mergit acerbo!
Tristia nam semper post funera in atheris Aulâ
Versantur nitidâ, peccati labe remotâ;
Non ibi terrena degustant Tormina vita.
Quid lugens igitur? Pavor aut cur occupat artus,
CLARE VIR AONIDUM decus immortale SORORUM,
Ante oculos chari quoniam stant funera NATI?
Pone modum lacrumis! GODOFREDUM in sede beatâ
Versari reputa, florent ubi gaudia, Livor
Nullus ubi rodit crudeli murmure famam,
Nec stimuli invidia mordent prestantia dona.
Prætereà GNATUM reddet, qui condidit IPSUM,
AVGMINE DONORUM, formosâ luce vigentem,
Ultima-cum Tumulis, DENATI, SURGITE, clange
Buccina, post lacrumas melioris gaudia vite
Æternum accipiant, OVIBUS quæ CHRISTE parâsti
Sanguine purpureo. Latâ cum sorte recepto

Tunc

Tunc ut Ja
Gaudebis,
Han
orn
ann
hon
gi

ONID
A

Quam po
Int

Infixus m
Ne

Acrior a
Vi

Inprimis
Va

Quem f
In

Non ergo
Q

Degener
L

Quidni
Va

Nobile
E


Flos era
I

PLANTA
D

Tunc ut JACOBUS JOSEPHO PIGNORE card
Gaudebis, nullus mæror tua pectora lædet.

Hanc Aram manialem pietate & moribus probatissimis
ornatissimo Adolescentulo, cujus conversatio per hos
annos Mihi, aliisq; bonis VIRIS accidit gratisima,
honoris, amoris, memoriæ ergo posui Dn. M. Viebin-
gii Compater, & Amicus Academicus in SALANâ olim

JOHANNES ALBINUS Pastor Ecclesiæ
Grosgrabena & Malirsiana in Ducatu Olsnicò.



ANONIDUM PALMARE DECUS, TEMPLIQ; SCHOLÆq;
ANTISTES, lentò statnè dolore mori?

Quàm potis est stimulus Mortis penetrare medullam,
Intima luctus edax viscera dente petit!

Infixus mæsto cordi dolor insidet altè,
Nec facile ex animo tristitia ejicitur.

Acrior aëst dolor est è PROLIS morte redundans;
Vis luctus storgas tollere nulla potest.

Inprimis nostris alimus tristissima venis
Vulnera, si GNATUS corrui ante diem,

Quem fervens pietatis amor commendat, & artes,
Ingenium præstans, sedulitatis opus.

Non ergo præclare PARENS condemno querelas,
Quas GNATI pariunt tristia fata Tui.

Degenerem GNATUM REX, quo non sanctior alter
Lugebat patrio captus amore nimis;

Quidnè deploras GODOFREDUM corde paterno
Virtute ornatum, moribus ingenuis?

Nobile Pubis erat spectamen, viva PARENTUM
EFFIGIES, STIRPIS gloria, LUXq; SCHOLÆ.

Flos erat adspectu formosus, amœnior ortu;
Fragranti aëst morum gratus odore magis;

PLANTA erat ad CHRISTI decus admirabile nata,
Divitis ingenii rare rigata SATIS.

Surculus

Tunc

ma,
Pa-
ideo
me-
ex.

Castro

ex.



Surculus egregios spondens cum fœnore factus
Verè erat, OLIM arbor fertilitate tumens.
In PUERO HOC animus PATRIS & DOCTRINA vigebat;
HUNC vitâ innocuâ cura referre fuit.
Vix Juveni tentanda PUER tentavit in arte,
Præripiens palmam sedulitate pigris.
Immori in Aonidum stabat sententia cœtu;
ILLI virtutes votum animusq; sequi.
Sed prius hæc ROSA quàm maturuit, aruit unâ,
Succiplenus adhuc tabuit ille vigor.
COR & AMOR PATRIS, & dilecta MATRIS OCELLE,
Tâm subito extingvi TE dolet orba DOMUS;
Exsequiasq; cani mandat Parnassia rupes;
TE juvenum luget Classis, & Ordo Senum.
Quàm citò languentem SCHOLA TE videt artis ALUMNUM;
Tâm properè INGENII vis labefacta TUI!
Nam DEUS, arbitrio juſto qui temperat Orbem,
Terreſtri ex LUDO, TE, Tua Dona, vocat.
*Ne ſapuit, SCHOLA cûi PARADISI nomine dicta, **
Ovum vix ovo par magis eſſe poteſt.
Non ſecus ac habiti cenſurâ EXAMINIS acri
DISCIPULOS gnâvos altiùs ire juvat:
Sic Tyro hic frugi eſt evectus ad Ordinis alti
Sedem morte duce; aſt cuncta probante Deò.
Providus INSPECTOR, ſapiens RECTORq; SCHOLARUM
Solus hic, ILLARUM nec prior Autor EO.
Hujus conſilio primùm nata eſt SCHOLA prima,
Cujus ad exemplar noſtra regenda venit.
Hoc DOCTORE coli primùm SAPIENTIA cœpit,
Lingvas & artes novimus INDICE EO.
FORTUNATE PUER PARADISI nobile germen;
TE nunc oblectant celsa Lycæa poli.
Notitiam prævi rectiq; edoctus ad unguem;
Nunc SUMMI fruëris cognitione BONI.

[*Chryſoſtomus.
 Si quis adhuc in
 terris dici queat
 Paradifus, nus-
 quam profectò
 eſt, & invenitur
 quàm in Eccle-
 ſiis & Scholis
 benè moderatis]

Nunc

Nunc aditus facilis patet ad penetralia docta;
Quæ TIBI clausa prius, nunc reſerata via eſt.
Hac TIBI mœſte PARENS adimant ſolatia luctum,
Te melior NATI forſq; dolore levet.
Hic quàm difficile eſt varias ediscere lingvas!
Non cuius artes veraq; noſſe licet.
Quàm durum, ramum torquere rigentem ad amuſſim,
Tàm grave Diſcipulos excoluiſſe rudes!
Quanta molis adhuc effrenem flectere PUBEM
Expertus noſti; ME MEMINISSE piger!
Non opus in GNATI formando animo hocce labore;
Nec corruptela eſt ſubmetuenda TIBI.
Perfectà & plenà nunc Is ſapientià abundat;
Tutus & à vitiis imbibit omne BONUM.
O dilectæ DEO PUER hac nunc ſorte beatà
Gaude; & ova ANGELICIS adſociate CHORIS.
Felix quem reddunt divina oracula doctum,
Cujus ſcire nihil, quàm ſapere alta DEI!

* [Non a. in ſenſu
 Nonii; ſed in ſenſu
 Feſti & Quintiliani.]

*ALIANENIA.**

Das Schloß/ die Stadt/ und Land/ die Kirch/ und Schule flagen
 Ihr über groſſes Leid/ und allgemeine Plagen /
 Die Krone Ihres Hauptes/ Ihr Vater der iſt todt/
 Ihr Pfleger/ Rückenhalt/ Ihr Schutz und Seel in noht.
 Euch/ werther Muſen-Freund/ trifft eigen Leid und ſchmerzen/
 Noch über dieß darzu/ das theil von eurem Herzen /
 Des Alters troſt/ und Stab/ die Sonn/ und Augenlicht/
 Die hoffnung/ freud und luſt/ Den Sohn Ihr ſehet nicht.
 Der Todt hat Ihn geraubt/ und Euch dadurch geſetzt
 In ſchweres trauern / ja durch dieſen Rieß verletzet
 Den ganzen Helicon, der Muſen Hauß die Schul /
 Den Aufenthalt der Künſt/ der Tugend ſieß und ſtuel.
 Die Pallas ſelbſt darob Ihr flagen laſſet hören /
 Heiſt Ihr gelährtes Volck ſein Lob und Preis vermehren.

E

Den

yſolomus.
 is adhuc in
 dici queat
 iſus, nu.
 profecto
 invenitur
 in Eccle.
 Scholis
 moderatis)

Nim

Des Todten Nahmen Sie ins Buch der Ewigkeit
 Durch eigne Hand und Schrift gar rühmlich einverleibt/
 Mit schönen Blümelein und flugem Lobgerichte
 Sein grab sie schmückt und zirt gleich einem hellen Lichte
 Sein Leben wird dadurch. Der Todt und graue Zeit
 Kan sein Gedächtniß nicht in die vergessenheit
 Verlegen bey der Welt. Sein Nahm und Ehr erst blühet/
 Wer also embsig sich im Leben hier bemühet
 Durch Tugend/Kunst/und Fleiß zubrauchen wol der Zeit/
 Der bleibet sicher schon vor aller sterblichkeit.
 Im unfried schaut ich an die Welt/so must ich lassē
 Dieselb auch hinter mir/den Friede thut sie hassen. [Allusio ad No-
men Gottfriedi
piè Denati]
 Den rechten Fried hab ich gefunden nun bey Gott
 Mit mir hat es numehr kein Angst/ gefahr/ noch Noth.

In lemma Symbolicum Ad-

olescentuli in Dominô mortui Olsnæ A.C. 1646.

Gott Versorget Seine Schäßlein.


*Gaudet ovis Pastore Deo, hoc curante benè ILLI est,
 Hoc revocante juvat visere ovile poli.*

[Nat. A. C.
1636. Denat.
Wilckæ

Hoc volui Musâ dictante memor DANIELIS

GNATI, solamen scribere *Utriq.* dolens A.C. 1639]

CHRISTOPHORUS TITIUS Pastor in
 Pascherwitz, quondam Illustris Scholæ Patriæ Bern-
 stadiensis per quadriennium Rector.



Currimus in stadio, metam properamus ad unam:

Tangit at hic citius, serius ille scopum.

Hic prius extremos, lustrat Garamantas & Indos,

Et subit ante viam mille pericla necis.

Ille hastas vibrat savos comitando Neronas,

Urbes evertit, multa nefanda patrat.

Cogitur hic terra dulces mandare Parentes,


Orphanus heu bustum stat miser ante Patris.

Ille

*Ille sed in gremio Matris, Sunemitidis instar
 Unigena Nati, mortis acore perit.
 Tu Godofrede cadis tenero sub flore juventa,
 Ante tui Patris, Matris & ora, cadis.
 In te Spes unò stabat Godofrede Parentum:
 Tu requies olim grata futura Patris.
 Nunc ubi Spes? Ubi RES? Quàm puncto temporis, imò
 Summa reponuntur, quæ viguere, loco.
 Parce tuo cordi Viebingi gloria Phœbi,
 Quem luges nitida vivit in Arce poli.
 Non cadit in misero bello; non currit ad Indos,
 Orphanus haut Patri tristia busta parat.
 Est ubi latitans arumnas mitior Eurus
 Temperat, & bellum pace, salute necem.
 Dum pia Fata volent Vibinge sequemur Ovantes
 In patriam partam sanguine CHRISTE tuò,
 Qui metam citius tangit, felicius ille
 In cælo citius pulchra brabea capit.*

συνπαύκων ὀλοκαεθίως

BALTHASAR WEINBERGER Pastor
 ad Omnium Sanctorum.


Eheu VIBIGII juvenilia stamina rupit,
 Perfida, quæ nulli parcere Parca solet!
 Eheu quod placidâ Lethe funesta juventâ
 Nescit vel Pueris abstinuisse manus!
 Quid Tibi nunc virtus, viridis quid profuit ætas;
 Quid pietatis honos Ingeniûq; vigor!
 Sic cadis ante dies, & adhuc Puerilibus annis,
 Natura pateris debita fata tue!
 Scilicet urgebat primæ Te culpa Parentis,
 Quæ mala mala dedit non comedenda Viro.
 Sed bene sic visum Superis, animillaq; felix
 Ad Genios, Christo sub duce, vecta sacros.

C 2

Gaudia

*Gaudia nunc celebras felicia, gaudia nullis
 Vel turbanda armis, vel temeranda dolis.
 Quàm bona, quàm felix hac permutatio vite,
 Gaudia nunc recipis cœlica pro lacrumis!
 Parce igitur lacrumis, PATER, & spe vince dolorem!
 Amissus non est, missus ad astra PUER.
 Si verbis CHRISTI, quæ sunt rata, credimus, in Nos
 Nil mors, nil Damon juris & orcus habent.
 Funus erit fœnus, vitæq; usura perennis:
 Pars hominis melior regna superna petit.
 Inter pios ita fletûs ουπώδης sincero
 adfectu & animò*

*CHRISTOPHORUS BANNERUS
 Pastor Glauchensis.*

Ach Angst und scharffe Pein! Ach jammer / grosse Schmergen
 Durchdringen Marck vnd Bein / zernagen Seel und Hergen /
 Wann uns benommen wird was unser Freude war /
 Was wir mit Lust gesehn / was uns die kummer-jahr
 Durchzuckert vnd verjagt! So geht es hier auff Erden
 Das man verlihren thut / und muß zum ersten werden
 Auß unserm Sinn geruckt / das was uns lieb gewest /
 Gleich wie die frühe Frucht zum ersten auch verwest!
 Dis hat Herr Niebing wol unlangst auch recht erfahren /
 Als sein einiger Sohn von noch sehr jungen Jahren
 Vom Tode ward gefällt! Ach ein sehr liebes Kinde /
 Dergleichen in der Schul man weit vnd breit nicht findt /
 Weil schon sein zarter Geist mit Freuden angezeigt
 Was er hett können sein / wann er sich nicht geneiget /
 Und sich gesellet hin ins kalte Todtenhaus /
 Wann seines Lebens Uhr nicht wer gelauffen auß.
 Verwundern muß man sich / das in Ihm schon geleuchtet
 Wig / Weißheit / und verstandt / das sein Gehirn befeuchtet

Mit

Mit schön
 Zur Wei
 Nicht wunder
 Und der We
 Das Bu
 Da andr
 War Er gleich
 So hat Er n
 Und an
 Das er
 Verwundern
 Gewußt / und
 Ich sahe
 Mir zug
 Als Herr H
 Mit gutter
 Und Er
 Mit so
 Das wol an
 Das ich au
 Ist die
 Die P
 Er hette wo
 Bey der ge
 Da ste
 Auch s
 Er hette kü
 Und mit ge
 Das da
 Auch se
 Verzeichne
 Kragen sch
 Geben
 Mit sei

Mit schöner Gaben Zier/das Ihm schon Krafft vnd Saft.
Zur Weißheit und verstand die Musen eingeschafft.
Nicht wunder/weil er stets die Bücher hoch geachtet/
Und der Welt eitelkeit in seinem Sinn verachtet.
Das Buch war Ihm sehr lieb/das andre kräncket sehr/
Da andre schliffen noch / da fast er manche Lehr.
War Er gleich bey der Lust/war Er gleich außspaziret /
So hat Er maß und Ziel in seinem Sinn geführet/
Und an das Buch gedacht. Dis thut ein hoher Geist/
Das er ohne Spornstich sich selbst zur Tugend weist.
Verwundern muß ich mich / das er sich fein zustellen
Gewußt / und war geschickt in all' und jeden fällen.
Ich sahe meine Lust / als er vor kurzer Zeit
Mir zugesichte kam/mit grosser hößlichkeit /
Als Herr Hojerus mich bewirchet/und begabet
Mit gutter Speiß und Trancß/mit Worten auch gelabet/
Und Er mir einen gruß von dem Herr Vater brachte
Mit solcher reuerenz/das man es nicht gedacht/
Das wol auch manchem fehlt/der gleich ein Hoffmann bleibet/
Das ich auch sagte bald was hohes einverleibet
Ist diesem zarten Geist. Wer weiß ob jemals doch
Die Prophecey gefehlt wann Er solt leben noch ?
Er hette warlich auch wol endlich können sitzen
Bey der gelährten Schar auff des Parnassus spizen/
Da stets Apollo ist/und künstlich musicirt,
Auch seiner Leyer Klang gar lieblich intonirt.
Er hette künstlich wol manch Liedlein können singen/
Und mit gelährtem Sinn gar tapffer darnach ringen
Das dann ins EhrenSchloß/sein grosse Ehrenthath
Auch sein treflicher Fleiß/und sein standthaffter rath
Verzeichnet worden wer. Er hette können immer
Tragen sehr gutte Frucht. Er hette schönen Schimmer
Geben von Kunst und fleiß. Dis alles ist verreist
Mit seiner Todesfarch. Drumb wiederumb auch speiß



Ein wolgeschärffte Pein der Eltern Herz-gedanken/
Die sie umbsonst geführt/und gehn im trauerstrancken
Das ihre hoffnung ligt / das ihre Freud und trost
Im tiefen Grabe ruht / so sie zuvor g. ost.
Doch wol und aber wol ist ihm gewiß geschehen
Weil er entgangen auß der noth/ so er gesehen/
Mit seiner augen Licht. Wer weiß was er vor streic/
Was er vor angst und pein / was er vor trug und leide
Noch hette müssen sehn / Weil Mars das Zepter führet /
Und noch mit grausamkeit in unserm Land regiret/
Das auch der Musen Volk von ihm nicht wird verschont /
Auch sonst Ihme wol mit undanck wird gelohnt ?
Denn niemand acht der Kunst/ die Bücher wil man hassen /
Auch kein Moeccenas ist der gern ein-wolte lassen
In seine Huld und Gunst / den / der Fruchtbahre Lehr
In seinem Sinne hält / der wol zu grosser Ehr
Ein andern führen kan. Drumb mancher sich gesellet
Zur wüsten Bruderschaft / und sich auß noth hinstellet
Zu ihrem Krieges-Fahn/ ja waget Leib und Blut/
Der von der Musen schar erlanget grosses Gut/
Thut auß verzweiffelung Sich ganz und gar verschweren
Der klingen treu zu sein/und hilfft hernach verheren
Mit plündern und rauben der armen Leute gutt
Das mancher nieder-fält auß ganz betrübtem mutt.
Wer weiß was noch die Zeit auß ihm hett mögen machen/
Ob ihn nicht falsche Lehr in ihren schlimmen rachen
Verschlungen hett einmal/dieweil viel secten sind/
Und falsche süsse wort verführen manches Kindt ?
Wer weiß was arge Pusch bey ihm hett mögen richten/
Weil die Gesellschaft oft das gutte thut vernichten/
Und auff die Schlachtbandt führt/der vor der frömste war
Und auch gerechte Leut gelangen in gefahr ?
Wer weiß wie er sich noch hett hefftig kräncken müssen
In diesem Stückwerck hier aus aller Musen flüssen

Und

Und doch
Weil no
Dann niema
Das sie voll
Dieweil
Jemehr
Es sey nu w
Gottfriedt
Da rech
Da rech
Nun wol vni
Weil seinen
Hat Er
Hat Er
Berrichtet v
Erlanget un
Der wo
Gott he
Zu les
Söhr
fallen

Ne v
curreret,
GOTOFR
diligentian
lem Musica
Olinicá gr
men res
frac

Und doch der Künste Grund niemals erlanget gang /
Weil noch dieselben nicht erlanget allen Glang.
Dann niemand kan alhier der Künste grund erlangen
Das sie vollkommenlich gang herrlich solten prangen /
Dieweil in der natur so viel verborgen steckt /
Jemehr der Mensch nachsinnt / je mehr bleibt viel verdeckt.
Es sey nu wie im woll / dem Unheil ist entflogen
Gottfriedt das liebe Kind / vnd an den Ort gezogen /
Da rechter Frieden ist / da rechte freude schwebt /
Da rechte Künste sind / da rechte lehre lebt.
Nun wol vnd aber wol ist ihm gewieß geschehen /
Weil seinen gutten Sinn die Welt nicht kan verdrehen.
Hat Er gleich kurze Zeit gelebt in dieser Welt /
Hat Er doch lang gelebt / weil Er was Gott gefelt /
Verrichtet vnd gethan. Drum Er das lange leben
Erlanget und behält / geneust die süßen Neben
Der wahren seeligkeit. Dis man ihm gönnen sol.
Gott helff uns auch dahin / da es geht immer wol!
Zu lestem Ehrengedächtniß des vielgeliebten verstorbenen
Söhnleins Gottfried Diebings / und zu trost und wolge-
fallen denen hinterstelligen betrüben Eltern auffgesetzer von

VENCESLAUS SMOLIUS
Diener des Worts Gottes zur Briese
und Hönigern.

Ne vacuum in hac pagellâ oc-
curreret, hanc *νεγοσωποποιίαν*, quâ vitæ curriculum piè finiens
GOTOFRIEDUS ADOLESCENTULUS ob pietatem erga DEUM,
diligentiam in studiis laudabilem, amorem erga choralem & figura-
lem Musicam notabilem, COLLEGIO DOCENTIUM in SCHOLA
Olsnicâ gratissimus, PARENTIBUS charissimis valedicit, (quæ ta-
men res honori dignationiq; Auctoris Optimi Senis & Philologi
fraudi nequaquam esto) præcedentibus scriptis sub-
jiciendam curavimus.

Keisler G

Κείμην ἐλαυθοῖ θαλεροῦ νεανίσκου ἰσάρχου,
 Ἀμπάυων μογερῆς μαλθακὰ γῦα νόσθ,
 Ἡ δ' ἐφίημι δέμας ἰόδε τάυτη φαιδρῶ δέξρα,
 Εἰσόκειν ἐκ γαίας αὐτὸ παρξζυώεται.
 Ψυχὴν μὲ πρῶτ' ἡρῆσέ θεοῦ σοι ἡρῆσέ δίδωμι,
 Τὴν καλαπασομλῆην αἵμαλί ς ἡμῖω.
 Σὺ παρξβαλλες ἐμ' ἠδ' ἀπὸ κηρὶ λύτρωςας ὀτλῆντα.
 Τῶ ρὰ συ μείο μόνου παρξφασίη τελέθεις.
 Πιστοῦ σοι ζωνὴν ὅππῃ γῆς ἀναπήμονα λεῦσον,
 Ἡελίοιο φάου ςοῖτ' ἔλιπον γλυκερόν.
 Οὐδενου οὖν δυνάμα τελέθειν ἄλλοιο λυτρῶτα,
 Πλήν σεο, ςου ψυχὴν εἰμι δέμασε μόνου.
 Εὐπ ςός ὅππῃ ἡρόνου, σὺ κούρανε ἡρῆσέ παρξσελθε.
 Εὐ οἶδας θανάτθ καὶ βιόθιο ἡρῆνον.
 Εὔτε θέλεις, ἀνέγειρέ με, ςθ φωνῆτε κάλεσον,
 Δός με πέλειν ἅμα ὅππῃ τὴν κηρδίνην καθαρηθς.
 Τοῖς μετόχοις τῆς ἰθ ἡρῆσθ θεότηηου ἔθσι,
 Καὶ πολυσφρηγῆσον χάρμα βλέπθσι πόλθ.
 Νυῦ ἔρρωθε ὅππῃ τῆ χερὶ θεοῖο δοθέντες,
 Ἀμφαγαπήε πάτερ, μήτερ ἐμῆτε φίλη.
 Οἴπνες ἐμπάζεθε φέρειν ὅππῃ τύμβον ἐμῖο,
 Εἰς ἐμέ μελιχίης εἵνεκα τῆς χάρητου.
 Ἡπιόθουμε; πάτερ, ναέτα σραπλιούου ὀλύμπθ,
 Ἡμᾶς ἀλλήλθθ θρανίοις δου ὀραμ.

Paulus Poliogonius Riethnorthufanus

Turingus in illustri Olsnâ Cantor, annum agens ætatis 72.

Cantoratus verò in hac unâ & sola Urbe 42.

Προσθήκη ex Orest. Euripid. p. 210. Cont. 975. m.

Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων ἔθνη
 Πολύπωνα, λούσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδα
 Μοῖρα βαίνει.

Βεθλῶν δ' ὁ πᾶς ἀσάθμητου ἀώμ.

F I N I S.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

169

MYΘΙΑΙ

à

Excellentissimis, Clarissimis

& SENIORIBUS,

et &

Reverendissimis, Doctissimis

QUORUMDAM PRÆCONIBUS

honorabilibus & veteri

COLLEGIUM OLLSNENSI

R. V.

VIEBINGIUM

CENSEM, apud LASANO - PE-

LAGIA, SVIDNIC, antea administrante

verbo divino pascendarum PASTO-

rum modernorum difficultatem

Y TEUTERII OLLSNICI

INSPECTOR.

FREDUM

LIBRUM CARUM ET RARUM, BEL-

LEGI MORATUM & PLACATUM

IN DOMO IO CXLVI DOM. XII p.

sub meridiano XII

grat. X. currente, improvise Tor-

quato, beate denatum, amarum lacru-

maternarum lugentem,

καταδίας officio scripta,

&

PERNITATIS

DEYFFERTI consecrata A. C. 1647.